



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

13 Alphonsus Estensis Dux Ferrariae petit investituram pro Ducatu
Ferrariae in aliam personam prorogari.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

assumptus, post ejus assumptionem, hoc ipsum promittere, ac jurare, & deinde post coronationem suam promissionem, & juramentum hujusmodi, per litteras suas speciales dictæ constitutionis confirmatorias reiterari debere mandavit, ut in eadem constitutione, sub. dat. Rome Anno. 1567. quarto Kalend. Aprilis. in Bull. Rom. c. 35. quæ postea fuit à Gregorio XIII. ut in eodem Bull. cap. 1. & per Sixtum V. etiam in d. Bull. trio. cap. 1. confirmata, & innovata.

23 Verùm, quia Dux † Alphonsus Estensis, qui Ducatum Ferrariæ à Sede Apostolica in feudum obtinebat, & liberis carebat, de Anno 1590. mense Augusti ad Gregorium Papam Decimumquartum accessit, à quo supplex petijt, investituram in ejus personam factam, in aliam personam ejusdem familiæ in eadem investitura non comprehensam prorogari, cum causa esset ardua. Gregorius Pontifex verba fecit in consistorio secreto, ut moris est cum sacro collegio Cardinalium, in quo exposuit requisitionem ejusdem Ducis, aperiendo desiderium suum fore, Ducis petitioni annuere, si ei jure medio sine juriurandi, & dictæ constitutionis violatione liceret. Aiebat enim jure ordinario, non autem de potestatis plenitudine investituram in aliam personam, si id jure fieri posset velle prorogare. Et licet quidquid
14 Romana Ecclesia † statuit, vel ordinat perpetuò, & irrefragabiliter ab omnibus debeat observari c. sic omnes. cap. enim verò. 19. dist. cap. quæ ad perpetuam. & c. nulli fas. 25. qu. 1. nihilominus de plenitudine potestatis in aliam personam investituram extendere potuisset, cum Papæ † nemo dicere possit, cur ita facis? cap. quamvis juncta

gloss. ibi. Deo, vel Papa. de pæn. dist. 3. cap. si quis suadente, in fin. & cap. nemini 17. qu. 4. Inn. in cap. dudum. il. 2. num. 16. de elec. & Abb. in cap. extirpanda. in repet. §. qui verò. nu. 44. de preb. Nec fuissent impedimento juramenta per Papam præstita in promotione ad Cardinalatum, in conclavi, & post illius assumptionem ad Pontificatum, ad præscriptam dictæ constitutionis formam, quia † quamvis Papa subiciatur vinculo iuramenti. Abb. in c. 1. nu. 7. de consuet. & ibi Felyn. n. 33. & dubitetur an seipsum possit absolvere ex allegatis per Felyn. ibi versic. & graviter alteri tamen, qui ipsum absolveret, facultatem absolventi committere potuisset, ut tenet Abb. & Felyn. locis supracitatis, quia Papa † est solutus legibus, & supra jus positivum dispensare potest Abb. in dist. repetit. §. qui verò n. 44. & Felyn. in dicto c. 1. nu. 34. de constitut. & idem Abbas in c. per venerabilem. nu. 22. vers. constat autem, qui sit sint legitimi dummodo subsit legitima causa, quia † sine causa neminem à juramento absolvere potest. Innocent. in cap. cum inter. in fin. de renunc. & ibi Abbas numer. 9. nec seipsum idem Abb. in cap. proposuit. numer. 13. de concess. preb.

Propterea Papa Cardinales prosequenti Consistorio monuit, ut quilibet se pararet pro voto suo explanando, in quo consistorio difficultas restricta fuit, an casus, de quo quærebatur, esset comprehensus in constitutione Pij Quinti, qua prohibentur, feuda Sanctæ Romanæ Ecclesiæ devoluta, & pro tempore devolvenda de novo infeudari posse: Deducebatur, feudum hæcenus non devolutum, & ideo, casum non dum advenisse nec obstare constitutionem, quoniam investituræ
ad